

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la
Dilingæ, 1685

12. De conversione vini in fanguinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

MEDITATIO XII.

De Conversione vini in Sanguinem.

PUNCTUM PRIMUM.

Hic est calix sanguinis mei : non pars san- Christus
guinis, sed totus exhibetur, sicut in pas- totum
sione totus effusus est, cum suffecisset, vel gutta porrigit
ad satisfactionem ex justitia, & sanguinem ex- sanguine
hibet in vale suo pretioso, in membris, & cor- nem.
pore suo contentum, in quo est anima & divi-
nitas. Et *mei*, inquit, terreni Reges exsugunt
sanguinem subditorum, unde postea sunt libe-
rales : Christus suum præbet, indeque nos ditat.

PUNCTUM II.

Sanguis novi Testamenti. Præstat novum Cur no-
Testamentum veteri, quod vetus sanguine vi Testa-
pecudum confirmatum est: Novum autem san- menti,
guine Christi, quia nimirum in veteri promit-
tebantur solùm bona temporalia, in novo au-
tem spiritualia & æterna, ac in primis ipsa re-
missio peccatorum, & dona gratiæ & virtutum,
& tandem hæreditas æternæ beatitudinis. Nec
fuit satis Christo, quòd ut ista nobis promere-
retur bona, Sanguinem suum in passione fudit;
sed etiam voluit ipsum Sanguinem nobis relin-
quere, tanquam pignus seu tabulas authenticas, Pignus
quibus testamat reliquit suam ultimam volun- futuræ
tatem de remissione peccatorum, & adoptio- gloria
ne per gratiam, vitaque æterna nobis tribuen- datur.
da.

da. Unde hic Sanguis dicitur *Christi Testamentum*, seu sanguis *Novi Testamenti*.

PUNCTUM III.

Pro mul-
tis, quia
non om-
nibus ef-
fusax.

Qui pro vobis & pro multis effundetur in re-
missionem peccatorum. Pro vobis, speciatim
pro ipsis dicit effusum, ut ad compatiendum
magis moveat. Et ita, si unus tantum adfuis-
set, dixisset, pro te, quæ applicatio vim habet
emolliendi cor, & consolationem adfert sin-
gularem. ergo mihi dictum cogitabo, effunde-
tur pro te, & pro multis, & pro omnibus omni-
no, quantum est ex parte Christi. Et omnes ve-
rè dicuntur multi: quod si multi intelligantur,
quasi non omnes, sed quam plurimi, tamen id
est verum, quantum ad fructus consecutionem,
cujus omnes se faciunt participes.

Nullum Alioqui nemo omnino ab hujus sanguinis
Christus participatione excluditur, quamvis vilis & con-
excludit. temptus, imò quod ad divinum attinet judici-
um, tituli omnes mundi, donaque naturæ &
fortunæ pro nihilo planè habentur, respectu par-
ticipandæ gratiæ divinæ, seu fructus passionis
dominicæ hominibus applicandi. In remissio-
nem peccatorum, sine limitatione (non tam mul-
ta & gravia esse possunt, quin sufficiat hic san-
guis ad expiandum) effundetur, copiam
significat, non guttatum, sed qua-
si rivi fluent.

ME-